



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

2. De Electione, vocatione, & glorificatione beatorum Angelorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

In festo S. Michaelis.

29. Sept.

De Euangelio festi Matth. 18. vide 4. part. I.
medit. hebd. 20. Post Trin med. 2.

De Electione, Vocatione, & Glorifica-
tione beatorum Angelorum. II.

I. Expende ex quam gratuita dilectione Deus omnes & singulos beatos Angelos, præ tam multis alijs culpa sua reprobandis, ab æterno ad certum gradum gloriæ elegerit, & in tempore à primo instanti conditionis suæ ad eundem promerendum tot naturæ dotibus, & gratiæ præsidijs instruxerit. tam eximia gratiæ iustificantis, fidei, spei, charitatis, aliarumq; virtutum ac charismatum supernaturalium præminentia dotarit, tam suavitet & efficaciter in gratia conseruat, à lapsu præseruarit, ad re ætè utendum acceptis talentis extimularit. Congratulatio, gratiarum actio.

II. Quomodo gratos se illi yicissim diuinæ liberalitati, dum essent viatores, exhibuerint, i. Purè ardenter, fortiter actus fidei, spei, charitatis, religionis, humilitatis, gratitudinis, obedientiæ, resignationis, aliarumq; vir-

Aaa tutum

tutum pro mensura gratiae sibi communicatae elicere conando: videlicet veritates sibi reuelatas, maxime de incarnationis mysterio, & æterni hominibus & angelis instituendo regno, &c. firmiter credendo; gloriam promissam cum necessarijs auxilijs sperando; redamando Deum propriæ infinitè amabilem; eundem adorando, & auctorem omnium bonorum agnoscendo; sibi nihil suum, Deo omnia accepta dona ascribendo; ad nutum eius omnem se paratos offerendo; omne Dei decretum & placitum approbando & amplectendo; Filium Dei incarnandum in Regem suum reuerenter acceptando, ad eundem adorandum, hominesque ad eius cultum, agnitionem, amoremque excitandos se promptos offerendo.

2. Lucifero & asseclis eius ab hoc sancto proposito eos auocare molientibus fortiter resistendo, & ne reuinamæ quidem imperfectionis labecula se inquinari permittendo.

3. Eo feruentius solidiusque predictos actus intendendo, quo impudentius & impetuosius se à rebellibus Angelis ad defectionem sollicitari sentiebant, coque zelosius constantiusque eo runderem

rundem impijs conatibus obſistendo.
Congratulatio. Zelus imitandi.
III. Quam superabundanter singulos
eorum Deus pro mensura meritorum
longè ſupra condignum remunerarit
inenarrabili gloria; reprobis instar ful-
guris deiectis in tartara. Spes gloriæ,
Feruor cooperandi diuinæ gratiæ.

De hū prolixius videri potest medit. 2. 2.
p. medit. de lapsu Luciferi.

De studio triplicis perfectionis An-
gelorum in via.

III.

I. Expende quam singuli beato-
rum ſpirituū olim in via fue-
runt puri ab omni nævo peccati, &
quam ſollicitè puritatē illam illiba-
tam conſeruare, augereque ſtuduerint
contra ſocios apostatas eam impug-
nantes. Congratulatio, Zelus imitādi.
II. Quam illuminati fuerint & rerum
diuinarum ſcientia, & virtutum præ-
minentia, & quomodo in his profice-
re contendent, Scientia infusa recte
vendo, & virtutum infusarum actus
requentando. Congratulatio, zelus
imitandi.

III. Quam Deo vnti per amorem &
voluntatis ſuæ cum diuina conformi-
tatem

Aaa 2

tatem